

Vittenbergæ. 29 January Anno 1688.

Tadio finem, quare Vita miserimæ iniecto laqueo, redactusq̄ in id, ex quo Originem duxi meam, Iudicium eorum, qui me nescio quo relegandum putarunt, contemno. Anima namq̄ Nostra mortalis est. Religio ad Vulgum pertinet, inventa scilicet ad decipiendos homines, eaq̄ melius regendum Mundi. Neq̄ vorò sic sentiens Iure videor vocari Atheus; Quis enim Deum esse sanae mentis homo neget? quod verò ea, quæ vulgò de Religione traduntur, a Sacerdotibus doceantur; ratio uti dictum postulat Status. Qui aures habet ad audiendum, audiat! Mundus regitur opinionibus, sed Sapienti Sat. non enim omnes verbum hoc capiunt. In me Sepeliendo Velim mecum agatur humaniter, quam in rem impensi Sumptus, nullum est dubium, quin a meis restituentur. Quibus cum gratiarum actione meo nomine, pro tam infinitis beneficijs ab initio vitæ, usq̄ ad hunc infelicem, imò felicissimum diem in me collatis, simul extremum Vale! Vale! dicatur. Sed trahor ad Fata, neq̄ equidem possum sine lacrymis amplius de illis cogitare, inq̄ hac morte, Vita inquam sine extremis Cordis angustijs, atq̄ terroribus diutius permanere.

Placidè quiesco si tres Thaleri
Dnò Hagedorn Lehne solvantur.

Autore
Joachim Gerhard Ram
Hlsat: Nuckstat.

Paucaque mea & q̄s attribuuntur, qui Sepeliendi Cadaveris curam habuerunt, non exclusis tamen sui Iure, quibus pro habitatione, aliquantiq̄ lavandi opera obligatum me novi. Invasi Deum calidissimis ante decedendum meum precibus, fuscis etiam lacrynis, omnino idq̄ confido, propter infinitam suam Misericordiam, eum in gratiam me recepturum. Nolite, Nolite itaq̄ condemnare, ne ipsi rursus condemnemini. p.